

Ibi: Si verò vulneratus.

Si vulneratus in extremis agens profiteatur, se à Titio non fuisse enecatam, hoc ei proderit, ne torqueri possit, cū adfint legitima iudicia, ex quibus alijs veniret torquendus, Ant. Gom. n. 17. Menoch. cum pluribus, de presump. lib. 1. q. 90. à princ. & d. pres. 5. n. 15. Guaz. de defens. reor. defens. 30. c. 4. n. 23. Gig. de crimin. las. Majestat. lib. 2. tit. quomod. & per quos crim. las. Majestat. prob. q. 26. n. 5. Plaç. n. 17. 16. Farin. n. 104. Clar. d. q. 5. 2. n. 5. & alij, quidquid lenferit Pacian. c. 38. n. 22. qui post nonnullos alia adminicula cum asseveratione vulnerati ad hunc effectum desiderat. Vide ins. num. 74.

73 Quod ampliat Farinac. n. 106. etiam in tacita exculpatione: & n. 108. post alios, quamvis defunctus dixisset prius, se à Titio percussum, ac ultimò eundem exculparet, adhuc quim torqueri ex legitimis iudiciis nequit.

Ibi: Qui admonet non esse servandam.

Conclusio verò proxima limitatur, si adversus exculpationem urgentissima iudicia, ex quibus poterit, non obstante exculpatione, torqueri; Pacian. n. 24. Plaç. n. 17. Clar. sup. d. q. 5. 2. n. 6. Menoch. d. q. 90. in fine. Hoc tamen totum à iudicantis arbitrio pender, qui perpensis iudiciis, ac exculpationis qualitate, æstimabit, en reus tormentis sit subiciendus: ut notant Farinac. n. 118. Clar. d. n. 6. in fine. Pacian. n. 25. 26. illud observando, quod si cum exculpatione aliæ etiam conjecturæ iudiciorum tueantur, non erit torquendus, quamvis plurimum urgeant in contrarium iudicia, Farinac. cum alijs, n. 117.

Secundò limitatur eadem conclusio, cum crimen plene probatum fuerit; nam exculpatione vulnerati reo non proderit: ut post alios observat Farinac. n. 110. Menoch. ubi proxime, num. 2. qui num. 3. ad finem, cum Bartolo in l. inter omnes, §. Rele, ff. de furt. docet, tales posse concurrere conjecturas cum exculpatione, ut reus possit absolvi.

Verf. Ex his tandem apparet.

76 Adde Cyriac. dist. controvers. 250. numer. 19. 20. Cevall. num. 15. 16. Menoch. dist. cas. 108. num. 28. Farin. sup. quest. 66. ex num. 206. qui contrarias opiniones referens tandem D. Covarr. sequutus est.

Verf. Caterum si testis.

77 Testi, qui in eadem depositione inter se pugnantia, sive contraria responderit, credendum non est; l. 4. in fine. tit. 16. part. 2. Clar. d. q. 53. n. 15. Menoch. d. cas. 108. n. 2. Roland. conf. 72. n. 30. 31. lib. 1. Menchac. usufrequent. lib. 1. c. 33. n. 25. Mascard. conc. 1361. n. 2. 3. Brun. à Sole. in loc. legal. verb. testis: Farinac. d. q. 66. n. 13. Cevall. n. 24. Cyriac. n. 30. Noguierol. allegat. 25. n. 82.

78 Sufficit autem, quod contrarietas in una parte dicti contingat, ut totum vitietur, cap. pura. 3. q. 9. facit cap. si ad scripturas 7. dist. 5. Bern. Diaz. reg. 348. & ibi Salced. Clar. d. q. 53. n. 8. Bobadill. in Politic. tom. 2. lib. 5. c. 2. n. 57. 58. Farinac. cum alijs, n. 19. Noguierol. allegat. 26. n. 76. nisi sit in omnino extrinsecis, & ad causam non spectantibus, in quibus contrarietas testimonio fidem non detrahit, Farinac. n. 28. de quo latissimè Menoch. de presump. lib. 3. pres. 22. per tot. Mascard. conc. 743.

79 Tunc contrarietas in testimonio reperitur, quando duo testes asserunt, quorum unum peccatiò fallum est, quia utrumque simul verum esse non potest; ita explicant communiter Interpretres, quorum plures refert Farinac. n. 5. Quo casu poena falsi sic deponenti irrogatur, Cevall. n. 24. 25. Farinac. latissimè n. 56. Menoch. de presump. lib. 5. presump. 13. n. 7. Clar. in prax. §. Falsum. n. 5. quod tamen multipliciter limitatur per Farinac. & Menoch. qui concludunt, tunc testem hac poena teneri, quando dolo inexcusabili eircumstantialia negotij fallum dixisse apparet. Poterit itidem propter contrarietatem torqueri, de quo Guazzin. sup. defens. 19. cap. 1. per tot.

Verf. Secundo, si testis.

Testis in continenti dictum suum corrigere permittitur. 80 eisque adhibetur fides, quæ ultimò depoluerit; Menoch. d. cas. 108. n. 4. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 45. n. 6. Greg. Lop. in l. 30. glos. 2. tit. 16. part. 3. Cyriac. d. controvers. 250. n. 32. Buccaron. de different. in iudic. civil. & crimin. different. 88. n. 7. & different. 98. n. 18. Boll. in praxi. tit. de publicat. proces. n. 28. Didac. Perez in l. 1. glos. 13. tit. 4. lib. Ordinament. Ant. Gab. sup. conc. 27. n. 4. Rota de testib. in novis, decis. 19. in fine. Nell. de testib. n. 107. verf. Advertendum, tamen, Farinac. cum multis, n. 227. & seqq. ubi rem hanc fufissimè, prout sibi moris est, per tredecim conclusiones elucidat. Ex intervallo verò correctio permiffa non est, Farin. ex pluribus, n. 228. nisi errore probato, ut infra dicitur, n. 85.

Ibi: Dicitur autem hanc correctionem statim fieri.

Adde Menoch. ubi proxime, n. 5. Ant. Gab. n. 5. Alciat. de presump. reg. 2. pres. 29. n. 2. verf. Et dic tur in continenti, Matheusan. sing. 171. verf. Et in quantum dicitur hic, Farinac. cum alijs, n. 229. ubi ait, dictum in continenti corrigi si testis se retractet antequam à conspectu Iudicis discedat; quod probat l. 3. verf. Mas si el testigo, tit. 16. p. 3.

Ibi: Idem erit quando testis.

Testimonium suum quis corrigere potest, quando Partibus colloquutus non fuerit, quia cesset subornationis periculum d. l. 30. part. 2. ubi Gregor. Lop. glos. 2. Menoch. ubi proxime, Clar. d. q. 53. n. 15. Farinac. n. 232. verum correctio admittenda non est, si testis sit loquutus personæ, per quam Pars de depositione testi possit certiorari, cum in effectu idem sit, ac si immediatè Parti sit colloquutus, Farinac. n. 234. Ant. Gab. sup. n. 7. præsumitur autem Partem alloquutus testis, si post triduum se retractaturus accedat, Farinac. n. 238. Ant. Gab. n. 11. sed si testis fide, & autoritate polleat; ac juratus affirmet, se cum Partibus non esse loquutum, ei creditur: secus si persona ita idonea non sit, Farinac. n. 235. cum seqq.

Ibi: Vel prius quam ipse subscripserit.

Testis antequam se suæ depositioni subscribat, dictum suum corrigere non prohibetur, Farinac. n. 230. 231. Menoch. n. 5.

Ibi: Quod arbitrio iudicis relinquendum est.

Utrum testis ad corrigendum, quod depoluerat, sit admittendus: Iudicis arbitrio relinquitur, qui animadvertere debet, an verosimilis sit correctio; an testis potuerit Partem alloqui; an talis sit persona, ut suspicari non possit, quod pecunia fuerit corruptus. Ita Menoch. n. 6. Alciat. dist. pres. 29. n. 2. Ant. Gab. conc. 27. n. 1. Farinac. cum alijs, n. 239.

Ibi: Sed et si testis ostenderit se errasse.

Quamquam correctio testimonij ex intervallo rejicia est, bene tamen admittitur, si testis legitime docuerit, se errore deceptum, mendacium in prima depositione dixisse, Menoch. n. 7. Alciat. n. 3. Farinac. numer. 245. Capyc. decis. 51. num. 12.

Ibi: In continenti verò revocatio permittitur.

Adde Menoch. n. 6. Ant. Gab. sup. n. 2. Farinac. n. 240. quod n. 241. docet, quod etsi iustus error non sit necessariò probandus ad corrigendum in continenti testimonium, allegari tamen debet, ad quod etiam alios laudat.

Est ad præmissa addendum, non licere Notariis, testes ad correctionem suarum depositionum admittère, sed Iudicis autoritatem omninò intervenire debere; Gregor. Lop. d. glos. 2. Præterea correctio post publicationem attestatum non admittitur, Farinac. post alios, num. 254. quo-

Ibi: Secus etenim dicendum est, ubi de se simul & alijs.

niam testis corruptus pecunia creditur, nisi is vit fuerit notæ fidei, & autoritatis; nam in causis modici præjudicij, quæ inter personas viles tractentur, poterit etiam, publicatis attestacionibus, se retractare, Farinac. n. 249.

Verf. Tertium est, quod majorem.

88 Licet testis, qui legitime in iudicio depoluit, contra suum dictum etiam judicialiter testificetur, primæ depositioni standum est, quia in illius potestate non est, tollere jus quæsitum ei, ad cuius favorem primo responderat; Farinac. n. 124. cum seqq. ubi multipliciter ampliat, & limitat; Menoch. d. cas. 108. n. 9. Cevall. dist. q. 80. §. per tot. Guazzin. d. defens. 19. cap. 16. n. 1. Fachin. controvers. lib. 9. cap. 84. Menchac. sup. d. lib. 1. cap. 32. num. 2. Clar. d. quest. 53. n. 15. Boer. decis. 81. Dicitur, reg. 59. Guttier. conf. 35. num. 20. Vide infra, num. 91.

89 Sunt tamen nonnulli sentientes, nullam fidem huiusmodi testi esse adhibendam, quos refert Cevall. num. 1. cum seqq. Alciat. sup. reg. 2. pres. 29. num. 6. Menoch. num. 10. Ant. Gom. d. lib. 7. conc. 29. num. 1. Decius vero conf. 429. num. 7. singulariter renuit secundum testimonium primo præferendum; & Fachin. sup. concludit hoc arbitrio Iudicis esse relinquendum.

90 Sed his opinionibus omissis, prima retenta, quæ vera est, communiterque recepta, venit limitanda, Primò, cum prius testimonium absque juramento emanavit, quia sequenti jurato credendum est, Farinac. num. 148. Secundò, si de falsitate prioris testimonij constiterit Iudici. Idem Farinac. n. 147. Tertio, quando ultimum est verosimilius; n. 151. Quarto, si testis prius depoluit in iudicio nullo, ac postea in valido, n. 156. Clar. n. 13. Quintò, cum testimonium præcedens fuit coram Arbitro, sequens vero apud Iudicem, n. 162. Sexto, si per dubia verba antea prædixerat, ac postea verò claris, & assertivis testificatur, n. 163. Clar. sup. n. 16. Crot. de testib. n. 343. Septimo, & ultimò, quando in diversa causa testimonium contrarium testis tulit, nam cum ex eo nullum jus, ei, qui in alio iudicio agit, quæsitum sit; cessat omninò ratio, cui conclusio innititur, scilicet ne sit in potestate deponentis, jus, quod per suum testimonium alius acquisivit, auferre: quam limitationem admittit cum alijs, Ant. Gab. sup. n. 59. quamvis Farinac. n. 35. Felin. & alios sequutus contra sentiat.

91 Circa quæ observandum est, quod quoties testimonium primum non prævalet, nec ultimo credendum est, quando testis ex variatione perjurus convincitur, cui nulla fides adhibenda est, argument. cap. testimonium 54. de testib. ubi notatur, Menoch. de presump. lib. 2. pres. 60. n. 10. D. Covarr. sup. hoc cap. n. 7. verf. Ex quo apud me. Præterea etiam prior testimonio standum sit, ejus fides minuitur propter contrarium depositionem postertorem, Farinac. n. 164. Cevall. n. 10. Clar. sup. d. n. 13. 15.

Ibi: Eum perjurum esse, & falsi reum.

92 Qui contraria, etiam in diversis depositionibus asserit in iudicio, perjurus est, ac falsi poena debet coerceri, Farinac. cum pluribus, n. 60. Clar. d. quest. 53. n. 13. & d. §. Falsum. n. 5. Menoch. n. 9. Guttier. d. conf. 35. ex num. 17. Cevall. sup. n. 11. Cyriac. d. controvers. 250. n. 26.

Ibi: Quod autem Bartolus scripsit.

93 Testimonium ultimum in tormentis latum, potius est primo etiam judiciali, extra torturam, Clar. d. quest. 53. n. 15. Farinac. n. 165. cum seqq. Guazzin. d. defens. 19. c. 16. n. 28. Ant. Gab. lib. 7. conc. 26. n. 1. Alciat. sup. pres. 29. in fine, Trentacing. conf. 20. n. 18. lib. 2. Menoch. num. 14. Cavalcan. de testib. part. 4. n. 148. De quo tamen vide Clar. num. 13. Farin. sup.

94 Quod si utrumque dictum fuerit in tormentis latum, cui credendum sit, controversatur; & verius est, primum potius esse, nisi secundum emanaverit per acerbiora tormenta, aut ex alia causa secundum arbitrium iudicantis præferendum videatur, de quo Farinac. n. 172. Guazzin. n. 7. 8. Clar. n. proxime.

Quamquam communis sit hæc limitatio ad conclusionem traditam, sup. n. 93. suos impugnatores habet, inter quos rectè Marfil. in l. 1. §. questionibus, num. 1. verf. Vellem tamen, ff. de questionibus, asserit, sibi non liquere rationem differentie; ob quam testi torto deponenti in causa aliena credatur adversus primum testimonium extra tormenta in iudicio latum; & secus sit, si in causa propria, vel communi eodem modo fateatur? Imò dicendum videbatur hoc casu magis præsumendum esse pro secunda depositione; quam in illo; nam extra tormenta facile quisquam mentiretur ut se ipsum exoneret; in cruciatibus verò veritas, etiam in proprium caput solet extorqueri, ut experientia comperitum est; & ad hoc ferè semper de reis quæstio apud Iudices habetur At de his consulas Farinac. ex n. 181. Menoch. d. cas. 108. n. 15. Ant. Gab. ubi proxime, n. 4. Guazzin. a nu. 12. apud quos plurimi. Sed si verosimilitudo, sive conjecturæ secundo testimonio suffragentur, proculdubio Marfilij sententia est amplectenda Farinac. n. 183. Vulpes. respons. 104. n. 3. Guazzin. n. 14. verf. Vel possumus.

Ibi: Imò sententia Bartoli in d. l. eos.

Hæc limitatio ad eandem conclusionem difficilis est admittenda; plurimum enim regulam restringit, si solum ea in causis civilibus locum habere dicatur; estque contra communem DD. sententiam, qui etiam in criminalibus, aut indistinctè præfatam conclusionem approbant: quare limitationem rejiciunt Farinac. n. 184. cum seqq. Guazzin. n. 16. 19. quamvis contra sentiant Menoch. ubi proxime, & alij, quos præfati DD. recensent.

Præterea alias limitationes patitur prædicta conclusio. 97 Prima est, si testis legitime tortus non est, quia dicto sic extorto non creditur contra primum; Farinac. n. 177. 180. ubi & alij, Guazzin. 22. Menoch. n. 14. Secunda, si prima depositio absque tormentis verosimilior iudici videatur, Farinac. n. 178. Menoch. n. 17. Guttier. conf. 35. num. 22. Guazzin. num. 10. Cavalcan. sup. n. 150. 151. Tertia, quando assertio præcedens in mortis articulo emanavit, Guazzin. n. 17. Ant. Gab. sup. n. 11. Cravet. conf. 6. num. 31. Farinac. num. 187. quia, ut hi ajunt, mortis angustia, ac metus damnationis æternæ non minus, imò magis premunt ad dicendam veritatem, quam tortura. Cæteras limitationes consulo omittimus, quæ examen, altiorèque indaginem postulant, quod instituto nostro non convenit, de quibus per Farinac. & Guazzin.

Ad Num. 9.

In causa hæresis permiffum est fidei favore, ut testis ex intervallo, non probato errore, dictum suum corrigere valeat, modo correctio ad detegendum delictum tendat, quod prius celabatur, ut expressum est in cap. accusatus, §. Licet, de hæretic. in 6. & notatur per Farinac. n. 157. Simanc. de Catholic. institutionibus, rubric. de testib. tit. 64. num. 56. Menoch. de cas. 108. num. 13. Rebuff. de reprob. testium, n. 143. verf. Fallit primò, Mascard. sup. conc. 857. n. 5. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 35. n. 3. Cened. ad sext. Decretal. collect. 5. n. 2. Camil. Borrel. in summ. decisionibus, 62. n. 62. Anton. Gab. d. lib. 7. conc. 29. n. 51.

Ibi: advertendum tamen est.

Sequitur Menoch. ubi proxime, Aug. Bubol. in collect. an. ad d. c. accusatus, §. licet, num. 15. Farinac. n. 159. Simanc. sup. n. 58. Bertazol. conf. 158. n. 4. lib. 1.

Ibi: Et quamvis DD. sentiant.

Adde Farinac. n. 158. Menoch. sup.

Ibi: Sed si prima testificatio.

Idem notant Menoch. ibidem, Farinac. num. 160. Bubol. num. 17. Simanc. num. 60. & dixi sup. num. 98. Ratio 99

huius assertionis patet; nam cum correctio testimonij ex intervallo permiffa fit in favorem Fidei, ut compertum est, admitti non debet, ubi ille non verifatur; imò contra eandem retorqueretur, si liceret dictum corrigere ex intervallo ad celandum crimen hæresis, quod per primam depositionem fuerat detectum; sed utrum dispositio d. s. Licet, obtineat in crimine læsæ Majestatis humanæ dubitatur: negant Felin. in cap. per tuas el. n. 3. de Simon. & Cravet. d. conf. 6. n. 18. affirmat Gigas de crimin. læs. Majest. tit. quomod. probet. crim. læs. Majest. q. 11. quod magis placet.

Ad Num. 10.

100 Si quis neget etiam cum juramento se deposuisse prout in actis scriptum reperitur, ei non creditur, sed Notario fidei adhibetur, Pacian. sup. lib. 1. cap. 48. n. 56. Farinac. pluribus laudatis tract. de falsitat. & simulat. q. 158. n. 187. Menoch. de presump. lib. 2. pres. 79. n. 15. Buccaron. differ. 69. num. 1. Caball. resolut. crimin. cas. 81. n. 1. Guazzin. sup. defens. 28. cap. 15. num. 4. Bobadill. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 46. Boff. in prax. crimin. tit. de fals. num. 16. Mascard. conc. 1094. num. 78. Clar. in d. s. Falsum. num. 10. & d. quest. 53. num. 17. Paz in prax. tom. 1. adnotat. ult. num. Sed si plures testes Notario contradicerent, variè sentiunt Interpretes; alij pro testibus, alij pro Notario respondentes: in qua contrarietate distinguì solet, ut si Notarius sit bonæ famæ, illi credatur, alioquin testibus; quod Judicis arbitrio committitur, de quo latè per Farinac. n. 167. quam distinctionem approbavit nostra lex in 15 tit. 18. part. 3. & ex ea DD. Hispani. Ex eo tamen quod plures testes negent se dixisse, quemadmodum reperitur scriptum, Notarius puniri, aut torqueri nequibit, sed tantum oritur indicium, ut Judex inquirere contra illum possit; Farinac. num. 205. 206. Capyc. decis. 94. Boff. num. 17. Natta conf. 392. lib. 3.

Ibi: Quo loco Pancrimitanus scribit.

101 In causis criminalibus principalis proxima conclusio non procedit, nam ob inficiationem testis, fides instrumenti ita vacillat, ut Notario ad poenam irrogandam minimè credatur; Menoch. num. 16. Guazzin. num. 1. Paz ubi proximè Baiard. ad Clar. in d. s. Falsum. num. 56. Farinac. num. 190. Grammatic. var. 30. n. 11. ubi quod in criminalibus magis creditur testi, quam Notario, Villadieg. in Politic. c. 3. n. 28. Caball. & Buccaron. ubi proximè, Capyc. num. 1. Quod nedum verum est, quando causa, super qua testimonium latum fuit, est criminalis; sed etiam si ageretur criminaliter ad imponendam poenam Notario, vel testi ob falsitatem; quorum nullas fidem meretur propter mutuam repugnantiam, Farin. ex plurimis. n. 204. Bobadill. ubi proximè, Pacian. sup. vers. Quæ illationes. Clar. d. s. Falsum. n. 10. & q. 53. n. 17.

102 Ubi verò præter Notarium extaret scriptor, qui de ejus mandato testimonium scripserat, adhuc in criminalibus staretur scripturæ, Guazzin. n. 5. Mascard. d. conc. 1094. n. 8. Menoch. sup. Farinac. n. 191. Baiard. sup. num. 57. Præterea quando testis dicit apud Judicem, similiter eis, quæ scripta reperiuntur, in quacunque causa fides adhibetur, Guazzin. n. 7. Pacian. Villadieg. Clar. ubi proximè, Mascard. n. 11. Farinac. n. 189. Bobadill. d. nu. 46. quod & D. Covar. in presenti suppouit.

Ibi: Quamobrem provide, & cautè.

103 Quando liceat tam in causis civilibus, quam criminalibus receptionem testium absentium, vel præsentium, Notario, vel alij committere; latissimè ostendit Farinac. d. tract. de testib. q. 77. à principio, ubi num. 175. pro regula quam pluribus laudatis, constituit, ad Judicem in omni causa spectare testium examen: & hoc adèdè verum est, ut Notarius causæ etiam de consensu partium nequeat testes recipere, sed necesse est Judicis commissio; Farinac. n. 176. qui addit. num. 181. 182. hanc commissionem fieri non posse, nisi ex causa, veluti ob multitudinem negotiorum, in quo creditur simplici Judicis assertioni; Menoch. de recuperand. remed. num. 352. Non tamen Judex facilis esse debet

ad committendum examen Tabellionum; Farin. num. 192.

104 Circa hæc solet dobitari, utrum Notario in actis testificanti, se testimonia recipere de mandato Judicis, sit credendum? Et licet communis sententia ferat, Juxta juris rigorem, commissionem coram alio Tabellione esse faciendam; in praxi contrarium obtinet, nam statim testimonio ipsius Notarij, qui testes examinat; ut testatur Paz sup. n. 36. Cevall. tom. 1. qu. 376. de quo videndus est Farinac. n. 185. cum alijs, Guazzin. defens. 1. cap. 6. n. 3. & defens. 32. c. 27. num. 2.

105 Hæc in civilibus controversiis procedunt; nam in criminalibus Judicem per se ipsum testes examinare debere, cavetur in Auth. apud eloquentissimum, C. de fid. instrumentor. & apud nos, l. 15. tit. 7. lib. 2. & l. 28. tit. 6. lib. 3. Recopilat. ubi poena tam Judicis, quam Tabellioni ob transgressionem imponitur. Etiam cum de gravi præjudicio, ac læpè de vita hominis tractetur, cautius quam in pecuniariis causis ut agatur oportet; argument. l. 1. §. Sed & si quis. ff. de Carbonian. edict. etenim multum interest, quod idem, qui sententiam est laturus, aspectum testium, modumque deponendi consideret, ut apertius veritatem percipiat, notatum est sup. n. 43. Ita docent Farin. cum multis, n. 196. Azeu. in d. l. 28. Recopil. Bernard Diaz, reg. 447. Capyc. decis. 90. num. 15. Clar. d. s. fin. q. 26. n. 3. ubi Baiard. n. 3. Gall. practicar. observat. 96. n. 10. Rebuf. ad leg. Gallie, tom. 2. tit. de liter. requisitor. in presat. num. 29. Bernard. Grævæ. ad prax. Camer. Imperial. lib. 1. con. 96. confid. 1. n. 1. Paz supra, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 1. n. 10. Villadieg. d. c. 3. n. 23. 24. Bobadill. sup. lib. 5. c. 2. n. 42. Quod maxime est observandum circa testes, qui pro reo examinantur, propter fraudes, & avaritiam Notariorum; ut advertunt Clar. n. 1. Baiard. ubi proximè, & alij.

Idem juris est in causis civilibus arduis (quæ plerumque 106 criminalibus æquiparantur) ut habetur in d. l. 28. Recopil. & notat Farinac. n. 199. Bobadill. & alij proximè præallegati.

107 Limitantur nihilominus prædicta, quando adest magna, & necessaria causa, quæ impedit, ne testes coram Judice comparentes deponant, tunc enim jure poterit Judex, etiam in causis criminalibus, examen testium Tabellioni demandare, Farin. n. 198. 201. Menoch. de remed. 15. n. 358. Clar. & Villadieg. ubi proximè, in quo plurimum arbitrio Judicis deferendum est, Farinac. d. n. 198.

Ibi: Sic in questionibus.

108 De his receptoribus probationum agitur tit. 2. lib. 2. Recopilat. & nota quod istis non permittitur, testes torquere ad eruendam veritatem, quamvis varij sint, possentque à Judice torqueri; ut observat Bobadill. tom. 1. lib. 2. cap. 21. num. 78.

Ibi: In causis nobilitatis.

109 Ubi de nobilitate principaliter apud suprema tribunalia vertitur controversia, ipsi Regij Judices, vulgo, Alcaldes de hijosdalgo, testes examinant; nam ita cautum est l. 4. l. 33. l. 37. tit. 11. lib. 2. Recopilat. notat Bobadill. d. lib. 5. c. 2. n. 42. Imò idem servatur in testibus, qui recipiuntur ad probanda aliorum impedimenta, ne personaliter in Cancellarias venire compellantur, d. l. 33. cap. 8. d. l. 37. e. 2. Sed & ad examinandos testes impeditos, vel mittitur unus ex præfatis Judicibus, vel receptor, prout negotij qualitas postulat, d. l. 37. e. 6. & hic nequit per se solum testes examinare, sed apud Judicem Regium proximiorum loco, ubi testis habitat, dist. l. 37. cap. 3.

Ibi: Expediret profectò.

110 Adde Bobadill. ubi proximè. Sic in Tribunali Sanctæ Inquisitionis in causis fidei, duo Viri Ecclesiastici adesse debent testium examini, c. ut officium 11. §. verum, de hæretic. in 6. cujus meminere Farinac. de hæres. q. 188. §. 1. n. 33. Decian. d. lib. 5. cap. 35. num. 4. Menoch. conf. 149. num. 18. Bobadill. supra, num. 46.

Ad

Ad Num. 11.

111 Ad ea, quæ sequuntur, videas tradita per Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 105. Cevall. tom. 1. quest. 43. Mascard. conclus. 619. Gomez Vaio in prax. lib. 2. quest. 140. Farinac. de falsit. & simulat. quest. 158. à princip. Ubi hanc materiam confusam, & intricatam asserit.

112 Est præmittendum cum præfatis DD. & omnibus infra referendis instrumenta publica posse directè, vel indirectè per testes reprobari, non solum per descriptos in instrumento, sed etiam per alios, ut probatur in cap. tertio loco 5. de probat. cap. cum Joannes 10. de fide instrument. l. 11. c. l. 117. tit. 18. part. 3. l. 32. tit. 11. part. 5. l. cum precibus 18. C. de probat. auct. de instrumentor. caut. & fid. §. Sed, etsi quis, cum seq. Ita docent Bald. in d. c. tertio loco, numer. 12. Innocent. ibidem, in fin. Morla in enpor. jur. part. 1. tit. 11. de fid. instrument. quest. 5. num. 1. Cyriac. tom. 2. controvers. 35. n. 28. Mascard. in presat. quest. 6. num. 36. Farinac. plurimos laudans, num. 2. 29. Directò autem instrumentum dicitur impugnari, cum probatur, actum instrumentum comprehensum, gestum non fuisse, vel aliter gestum quam scriptum est, indirectè verò, cum testes affirmant eo die quo instrumentum confectum narratur, alibi contrahentem fuisse, ita ut nullo modo actui illi interesse valeret, quod D. Covar. infra, sup. n. 12. explicavit.

113 Difficultas igitur solum verifatur quoad numerum, & qualitatem testium, per quos instrumentum reprobetur, & prius vestigia D. Covar. sectando, de testibus non instrumentariis agendum nobis est præmittentibus, omnes in hoc convenire, quod unus testis ex his nullo modo fidem instrumento tollit, aut minuit, ut post multos affirmat Farinac. num. 31. Menoch. num. 46. quod si plures extent contra instrumentum, quod sufficiant ad reprobationem instrumenti; hoc opus, hic labor est; ut inquit Farinac. num. 32. qui numer. 399. octo diversas opiniones recenset, ac tandem num. 48. concludit, duos testes omni exceptione majores instrumentum prævalere; quam sententiam pluribus comprobavit, num. 42. eandem tacentur etiam D. Covar. practicar. cap. 20. n. 6. vers. Prima conclusio, Azeved. in l. 13. num. 36. tit. 25. lib. 4. Recopilat. Cyriac. tom. 2. controvers. 289. num. 28. Guitter. consil. 38. nu. 10. Gratian. discept. c. 19. 2. nu. 22. Vela de pom. delict. c. 24. vers. scilicet. 2. Flamin. de resignat. beneficior. lib. 9. quest. 27. n. 18. Augustin. Barbol. in collect. in. ad leg. in exer. endis, num. 7. C. de fide instrumentor. Grammatic. decis. 60. num. 4. Mascard. conclus. 919. num. 9. Cur. Philippic. p. 1. §. 17. num. 35. Paz. in prax. tom. 1. temp. 8. q. 7. Morla sup. n. 4. vers. Autamen. Vide inf. n. 117. n. 118.

Ibi: Et licet quibusdam visum fuerit.

114 Quod arbitrio Judicis commissum sit, quot testes sint necessarii ad reprobationem publici instrumenti, nam ex qualitate testium, persona Tabellionis, alijsque circumstantijs æstimabit, utrum credendum sit magis instrumento, quam testibus, vel e contra; tenent Menoch. n. 42. Barb. in collect. tan. ad cap. tertio loco, in fine, de probat. Farinac. ubi proximè, nu. 48. Cyriac. tom. 3. controvers. 507. n. 29. 293. Alberic. in d. l. cum precibus, n. 3. vers. Alij dicunt, C. de probat. Angel. in l. 1. §. diem autem, num. 4. vers. Non tamen nego, ff. quemadmod. testam. aperiunt. Mascard. dist. q. 6. num. 63. & conc. 919. num. 10. Cevall. sup. num. 13. & alij quamplurimi ex antiquis, quam sententiam D. Covar. d. n. 6. vers. Prima conclusio, ac Menoch. sup. communem appellat: quæ opinio nequaquam superiori opponitur, cum utramque aliqui admittant, ut Farinac. Mascard. Cyriac. & alij; nam etsi ex testimonio duorum testium fides instrumenti tollatur, non semper Judex alitrigitur illis credere, cum possit ex conjecturis, vel alia causa fidei Tabellionis potius stare; nam & regulariter dicitur, probationes esse in judicantis arbitrio; ut latè probat Menoch. sup. cas. 90. ex nu. 2. quod si peperam intelligatur, & sic quod Judex pro libito valeat duorum testimonium, etiam omni exceptione majorem, adversus instrumentum rejicere, præfata superiori conclusioni adversatur, nec sustineri poterit; prout D. Covar. inquit in presenti, & tenent quos laudat Farinac. n. 47.

Ibi: Quo fit, ut in pari causa probationis.

115 Adde Menoch. d. cas. 105. n. 39. Cevall. num. 3. Morla, qui latè disputat. ubi proximè, disto tit. 11. in pralud. num. 8. & q. 5. n. 3. ubi sibi videtur contrarius. Sed probationem per vivam vocem cæteris potiorum esse, inquit Justinian. in d. auct. de instrument. cautel. §. Si vero, cl. 1. ibi: Tunc nos quidem existimavimus, ea, quæ viva dicuntur voce, & cum jurjurando, hæc digniora fide, quam scripturam ipsam secundum se subsistere. Menoch. de presump. lib. 1. q. 1. num. 6. glol. in rubric. de testib. in Decretal. Felin. in cap. cum Joannes, n. 35. de fid. instrument. Paz sup. n. 6. Com. Vai. n. 12. De quo videnda sunt quæ notantur in d. cap. cum Joannes, & in lin. exercendis 15. C. de fid. instrument. & in l. cum precibus 18. C. de probat. Atque etiam Mascard. d. q. 6. n. 43. Boët. decis. 118. n. 6. Afflict. decis. 166. n. 6. Tiraquel. de prescriptionib. §. 1. glol. 4. num. 38. Menchac. de success. creat. lib. 2. §. 8. n. 25. Borrell. in summ. decis. tom. 2. tit. 18. n. 137.

Illud sanè apud omnes compertum est, in antiquis efficaciorum esse instrumentorum probationem, quam testium l. 115. ad finem, ubi Gregor. Lop. glol. ult. tit. 18. part. 3. Roderic. Suar. allegat. 6. Gom. Vai. n. 6. Mascard. conc. 540. n. 13. Cabed. de patronat. Reg. Corona, cap. 34. num. 1. Farinac. cum multis, sup. n. 55. Quod autem t. tempus in materia probationum dicatur antiquam? Judicis arbitrio relinquatur, ut videre est apud Menoch. de a. b. r. lib. 2. cas. 3. ubi plures refert opiniones, sunt & alij casus, in quibus de jure instrumentis magis creditur, quam testibus; l. census 10. ff. de probat. l. 3. C. si min. se major. d. xxv. l. 1. C. de jur. eumphyteutic. l. unio. §. Quod si prædicit, C. d. suffrag. & alia jura congestit Glol. verb. secundum jus in l. pactum 17. C. de pact. Farin. dist. quest. 158. n. 49. cum seq.

Ibi: Instrumentum minimè improbari.

116 Ubi unus testis instrumentum coadjuvat viva voce deponens, illud non nisi per tres poterit impugnari; Farinac. n. 272. Boff. in prax. tit. de fals. n. 32. in fin. Menoch. d. cas. 105. n. 43. Marfil. sing. 61. Franc. Marc. decis. 486. n. 19. in fine, part. 1. Cur. Philip. ubi proximè, Paz sup. num. 9. Guttier. d. conf. 38. n. 10. ubi cum D. Covar. hic monet, ad autoritatem instrumenti opus non esse, quod Tabellio pro eo testificetur. Quibus testibus magis credendum sit, an reprobantibus, vel coadjuvantibus instrumentum? fuscè examinatur per Farinac. ubi proximè, n. 142. cum multis seqq.

Ibi: Hæc verò prima conclusio.

117 Quod ad reprobandam fidem publici instrumenti, plures, quam duo testes non instrumentarij desiderentur, defendunt plurimi apud Farinac. num. 34. cum sequentib. quorum alij tres, alij quatuor, aut quinque necessarios esse opinantur; quibus adde Glol. verb. per testes, in l. optimam 14. C. de contrah. & committend. stipulat. Cevall. sup. à num. Bobadil. tom. 2. lib. 3. cap. 14. n. 48. quæ sententia approbatur l. 117. tit. 18. p. 3. Vide sup. n. 113.

118 Quibus addendum est, instrumentum apud Principem confectum non posse testibus impugnari; Menoch. dist. cas. 105. num. 46. Zali. lib. 2. singular. responsor. c. 2. in fine.

Verf. Secunda conclusio.

119 Duo testes instrumentarij ad impugnandum instrumentum, in quo descripti reperiuntur, sunt satis; Farinac. num. 4. cum alijs, qui plurimos refert, Menoch. à num. 24. Cyriac. d. controvers. 289. num. 29. Pet. Caball. resolut. crimin. cas. 83. num. 1. Cevall. num. 14. qui communem dicit Mascard. dist. quest. 6. num. 36. 45. Mayner. in l. ubi pugnantia, num. 24. 25. de reg. jur. Pacian. sup. lib. 1. cap. 48. num. 10. ubi plures, Baiard. ad Clar. in §. Falsum, n. 100. cum alijs, Laurent. Tennin. in prax. cas. 119. n. 5. Quod est accipiendum, sive testes dicant actum descriptum non fuisse celebratum, vel aliter quam scriptura comprehensum est, gestum esse; sive negent duntaxat se fuisse præsentem, ut ex pluribus probat Farinac. n. 47. quamquam hoc casu ultimo aliqui sentiant, instrumentum non omnino, ut falsum reprobari, sed solum fieri